



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 70. Joannis Britanniae Ducis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. in Insula Jordani totis viribus aggredere-
A.C. 1443. tur. Comes tam inopinata vi præven-
 tus, caussæ suæ melius prospectum iri
 arbitrabatur, si Delphinum adiret, pacem-
 que exoraret. Attamen nullis publicæ
 securitatis literis munitus comprehendi-
 tur, & unacum conjugē ac liberis suis
 Vaurium in captivitatem abstrahitur. Quo
 factō Delphinus non modo Convenarum
 sed etiam ipsum Armeniaci Comitatum
 suis subjecit armis, exceptis duntaxat Se-
 veraco & Uxelloduno, duobus castris,
 quæ Armeniaci Nothus aliquamdiu pro-
 pugnavit, donec tandem & ea certis con-
 ditionibus Delphino dedere compulsus
 esset. Armeniacus vero, nequicquam pro-
 ficientibus Fuxi Comitatis precibus, ægre
 admodum, & nonnisi dura conditione, ut
 omnes terras a se occupatas redderet,
 libertatem, pacemque redemit.

§. LXX.

Joannis Britannicæ Ducis obitus.

*Argent.
 hist. Britan.
 la Touche*

Eodem anno die vigesima octava Men-
 sis Augusti Joannes V. Britannicæ Dux
 in suo Tuchiano castro prope Nannetem
 dierum suorum curriculum absolvit. Re-
 linquebat Ducatum suum omnium rerum
 abundantia, & ingenti popularium fre-
 quentia longe felicissimum; quippe co-
 piosos hosce fructus ex diutina pace col-
 legerat,

legeret, cum circumvicinæ Provinciæ Sæcul. XV.
 assiduo bellorum turbine exsiccatæ jace- 1443.
 rent, quas inter præcipua erat Norman-
 nia, ex qua plusquam triginta millia Fa-
 miliarum emigrarunt, cunctis in Britan-
 nia, & potissimis earum apud Re-
 dones suum domicilium figentibus; ob
 quorum frequentiam Joannes Dux urbis
 hujus angustias plurimis ædificiis exten-
 dere, totamque illam partem, quæ urbs
 inferior appellari consueverat, ampla mu-
 rorum corona cingere compellebatur.
 Dux iste tres Filios post se reliquit, Fran-
 ciscum, Petrum & Ægidium, quorum
 duo natiu minores sibi invicem in Du-
 catus regimine succedebant. Regnante
 Francisco Sommersetiæ Comes Anglus
 Caroburgi cum octo millibus armatorum
 excensionem fecit, & Guerchiam, exigua Guerche.
 Britannia urbem occupavit, eandem
 Ducis Alenconii dominio subjectam esse
 caussatus. Cum vero Franciscus Dux
 Britannia quereretur, hostili hac incur-
 sione iniquius se vexari, Angli confestim
 urbem reddiderunt. Sommersetus ta-
 men arma sua usque ad Andegavensem
 ditionem extendit, & quibusdam copiis
 Loheaci Mareschali, & Domini de Beuil
 cæsis, tandem, nullo alio memoratu di-
 gno facinore edito Rothomagum rever-
 sus est.

§. LXXI.

Hist. Eccles. Tom. XXVIII.

F